



Per.  
Lat  
020

## LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓ IFJÚSÁG SZÁMÁRA


Prodit Budapestini, I. Verpeléti-út 22. decies in anno.  
Pretium praeolvendi annum 4 pengő 80 fillér.

Megjelenik Budapesten, I. Verpeléti-út 22. tízszer egy éven. Előfizetési ára évi 4 pengő 80 fillér.

## CAROLUS GOLDMARK.

*Commemoratio centenaria.*

Carolus Goldmark, celeberrimus ille auctor<sup>1</sup> operum<sup>1</sup> musicorum,<sup>1</sup> fama nominis ubique terrarum notissimus decimo quinto Cal. Iun. a. MDCCXXX in oppido Keszhely ad lacum<sup>2</sup> Pelsonem<sup>2</sup> humili loco natus est. Patrem habebat cantorem et notarium<sup>3</sup> conventus Iudaici,<sup>4</sup> advenam<sup>5</sup> ex Polonia<sup>6</sup> a Russis<sup>6</sup> regnata.<sup>6</sup> Cum sextum age-ret annum, cum familia sua in oppidum Tab, mox in vicum Németkeresztur prope Scabantiam<sup>7</sup> transmigravit. Vitam usque ad decimum quartum suae ae-tatis annum sine ulla disciplina in effrenata licentia agebat et iam



duodecim annorum fuit, cum arte scribendi et legendi imbueretur. Cui igitur omnis scientia rerum et litterarum postea summo sudore<sup>8</sup> sine magistris — uti dicimus autodidactice — perquirienda erat.

Adhuc puerulus<sup>9</sup> ingenium naturā ad musicam proum aperuit,<sup>10</sup> cum forte nuptiis aderat, ubi pocula<sup>11</sup> vitrea<sup>11</sup> maiore et minore vi li-quoris<sup>12</sup> repletā admoto bacillo<sup>13</sup> ligneo acutio-re<sup>14</sup> aut graviorem<sup>15</sup>

<sup>1</sup> zeneszerző      <sup>1</sup> Balaton  
<sup>2</sup> jegyző      <sup>4</sup> zsidó hitközség  
<sup>5</sup> bevándorolt      <sup>6</sup> Orosz-Len-gyelország      <sup>7</sup> Sopron      <sup>8</sup> ve-rejtékes fáradtsággal      <sup>9</sup> kis-gyermekek      <sup>10</sup> árulta el      <sup>11</sup> üveg-pohár      <sup>12</sup> folyadék      <sup>13</sup> pálcika  
<sup>14</sup> magas      <sup>15</sup> mély.



sonum edere intellegebat. Ex quibus poculis deinde, gradibus<sup>16</sup> sonorum<sup>16</sup> compositis, hospitibus plaudentibus melodias sibi notas elicuit.

Alias vero cum dominicā<sup>17</sup> quadam serena in silvula habitationi<sup>18</sup> suae vicina in herba recumberet, aura forte sonitus organi<sup>19</sup> molles ex templo vicano<sup>20</sup> ei afflavit. Animus pueri fluctibus suavium harmoniarum perfusus tunc primū sensit magnam vim et impetum musicae, qua adeo permotus erat, ut ocelli sensim<sup>21</sup> tepido rore suffunderentur. Ex quo tempore stabat<sup>22</sup> illi<sup>22</sup> se musicum<sup>23</sup> fore.

Anno MDCCCXLII Scarabantiae violinā<sup>24</sup> canere<sup>24</sup> didicit, ibique prima fundamenta iecit futurae suae aeternitatis.<sup>25</sup> Bis per<sup>26</sup> septimanam<sup>26</sup> — huc et illuc quattuor horas! — pedibus<sup>27</sup> in urbem ibat.<sup>27</sup> Saepius et in theatro aderat, ubi primae scenae notationes<sup>28</sup> in animo eius informabantur. Anno post in publica concertatione<sup>29</sup> symphoniacā<sup>29</sup> partes<sup>30</sup> sibi impositas optime explevit. Qua occasione prima vice clavichordio<sup>31</sup> delectabatur.

Quartum et decimum cum ageret annum, ad fratrem Iosephum Goldmark Vindobonam<sup>32</sup> migravit, ubi magistro usus est Leopoldo Iansa, inclito<sup>33</sup> musico simulque publicas<sup>34</sup> scholas<sup>34</sup> frequentabat.<sup>34</sup> Anno MDCCCXLVII ad superiorem scholam musicam, quae nunc conservatorium dicitur, adibat ad rem musicam active<sup>35</sup> et theoretice<sup>35</sup> addiscendam. Sequenti anno tota urbs fluctibus<sup>36</sup> populi<sup>36</sup> iactatur, conservatorium clauditur et frater crimine occisi Latourii<sup>37</sup> falso accusatus in Americam aufugit. Carolus derelictus apud diversa theatra, primum in Hungaria, duobus annis post Vindobonae symphoniacus<sup>38</sup> et magister musicae vitam in egestate degebat. Interim plura opuscula diversi<sup>39</sup> generis<sup>39</sup> et<sup>39</sup> argumenti<sup>39</sup> edidit.

Anno MDCCCLVIII Budapesti studia musica exercebat<sup>40</sup> seque totum theoriae artis musicae addiscendae tradidit. Se imprimis operibus Bachii, Beethovenii, Schumannii et Wagnerii involvit<sup>41</sup> simulque cum musicis tunc in Hungaria praeclarissimis, Michaeli Brand (post Mosonyi nominato) et Roberto Volkmannio consuetudinem<sup>42</sup> habebat.<sup>42</sup> Et qui antea assectator<sup>43</sup> Mendel-

sohnii erat, exinde rationem componendi totam<sup>44</sup> immutavit.<sup>44</sup>

Sequentibus annis iterum Vindobonae comorabatur et tempus cum docendo tum in operibus exarandis<sup>45</sup> consumit, quibus haud parvam laudem sibi comparavit. In musica instrumentalı, edito opere *Sakuntala*, (quod est introductio<sup>46</sup> melica<sup>46</sup> etiam ouverture dictum) nomen eius longe lateque inclarebat. Summum tamen gloriae fastigium attigit, cum drama<sup>47</sup> eius melicum<sup>47</sup> — quod *Regina Sabae*<sup>48</sup> inscribitur<sup>49</sup> — a. MDCCCLXXV Vindobonae in scena aulica<sup>50</sup> primum ageatur. Textum<sup>51</sup> fabulae in quattuor actus<sup>52</sup> divisae Mosenthalius conscripsit, musicam vero Noster sex annos componebat. Opus ab criticis<sup>53</sup> approbatum brevi in cunctis odeis<sup>54</sup> Europae et utriusque Americae summo cum applausu exceptum est. Opus perfecte ex politum, in quo persona<sup>55</sup> et<sup>55</sup> indeoles<sup>55</sup> compositoris luculenter cerni possunt, est quasi mater et fons reliquorum, quae omnia «reginae Sabae» filiae haberi possint. In filo<sup>56</sup> totius operis adorno rationem<sup>57</sup> Wagnerianam non assecatur. Vestigia eius tantum in instrumentis adhibendis disponendisque sequi videtur. Color<sup>58</sup> symphoniae<sup>58</sup> operis cum orientali arguento<sup>59</sup> cohaeret. Nam in opere componendo cantus sacros<sup>60</sup> antiquorum Hebraeorum libere imitabatur, ita tamen, ut semper suus et natus<sup>61</sup> appareret. Musica tota, varietate<sup>62</sup> coloris sonorum distincta,<sup>62</sup> molli, illecebrosa<sup>63</sup> atque libidinosa<sup>64</sup> sensualitate<sup>64</sup> tumet et fervet atque delicatis et luxuriosis melodiis nitet.<sup>65</sup>

Sequenti decenniō multa opera musicalia exaravit, in quibus praecipue egregia est illa symphonia<sup>66</sup> quinque<sup>66</sup> partium,<sup>66</sup> *Nuptiae*<sup>67</sup> *rurales*<sup>67</sup> inscripta, quam Brahms ex ipsius Minervae capite exsiluisse dixit et quae

<sup>16</sup> hanglépeső, skála <sup>17</sup> vasárnap <sup>18</sup> lakás <sup>19</sup> orgona  
<sup>20</sup> falusi <sup>21</sup> lassan <sup>22</sup> eltökélté <sup>23</sup> zenész <sup>24</sup> hegedűlni  
<sup>25</sup> halhatatlanság <sup>26</sup> hetenként <sup>27</sup> gyalogolt <sup>28</sup> fogalom, ismeret <sup>29</sup> zenei hangverseny <sup>30</sup> szerep <sup>31</sup> zongora <sup>32</sup> Bécs <sup>33</sup> híres <sup>34</sup> nyilvános iskolába járt <sup>35</sup> gyakorlatilag és elméletileg <sup>36</sup> népmozgalmak <sup>37</sup> Latour <sup>38</sup> zenekari zenész <sup>39</sup> különböző fajú és tárgyú <sup>40</sup> folytatott <sup>41</sup> temetkezett <sup>42</sup> bizalmasan érintkezett <sup>43</sup> követő <sup>44</sup> egészen megváltoztatta <sup>45</sup> ír <sup>46</sup> nyitány <sup>47</sup> opera <sup>48</sup> Sába királynője <sup>49</sup> címe <sup>50</sup> udvari <sup>51</sup> szöveg, libretto <sup>52</sup> folyvonás <sup>53</sup> műbiráló <sup>54</sup> dalszínház <sup>55</sup> egyéni sajátsgárai <sup>56</sup> előadásmód <sup>57</sup> modor <sup>58</sup> zenekari színezés <sup>59</sup> tárgy <sup>60</sup> templomi eredeti <sup>62</sup> változatos <sup>63</sup> csábító <sup>64</sup> buja érzékeség <sup>65</sup> ékes <sup>66</sup> öttételes szimfónia <sup>67</sup> Falusi lakodalom

praeter suavem et subtiliter<sup>68</sup> expolitam musicam iam elementa quoque popularia continet. Etiam in nonnullis cantibus et choris et dramatibus post compositis ad<sup>69</sup> sensum<sup>69</sup> popularem<sup>69</sup> se inclinat. Ex operibus eo tempore editis memoranda sunt *Penthesilea*, *Vere*<sup>70</sup> et *Prometheus catenatus*.<sup>71</sup>

Anno MDCCCLXXXVI Vindobonae secundum drama melicum in<sup>72</sup> scenam<sup>72</sup> detulit<sup>72</sup>, quod *Merlin* inscripsit. Textum Siegfriedi Lipinerii ex fabulis<sup>73</sup> regis<sup>73</sup> Arti<sup>73</sup> haustum notis<sup>74</sup> musicis<sup>74</sup> mandavit.<sup>74</sup> In quo opere singulari arte et summa perfectione elaborato auctor novam rationem<sup>75</sup> componendi init et vestigiis<sup>76</sup> Wagnerii<sup>76</sup> insistit.<sup>76</sup> Duobus lustris transactis tertium drama eius melicum *Gryllus domesticus*<sup>77</sup> nominatum prodidit, cuius musica simplices<sup>78</sup> animi<sup>79</sup> sensus dulcibus amoenisque melodiis reddit et non sublimitate, sed hilari iucunditate movet audientium animos et ideo ubique communem plausum meruit. Ex minoribus operibus interdum compositis memorata digna sunt *Sappho* et *Zrinyi*.

Anno MDCCCIC edidit quartum drama melicum cum titulo *Captiva*<sup>80</sup> (Briseis). Ob vilitatem verbalis textus, licet auctor omnes vires contenderit, aures vix tenebantur modis<sup>81</sup> simillimis soli hiemali, qui sine calore splendet. Lux<sup>82</sup> operis est ultimum bicinium<sup>83</sup> amatorium<sup>83</sup> cum suis gradationibus<sup>84</sup> et melodiis amorem flagrantem spirantibus. Quintum eius drama melicum generosa simplicitate<sup>85</sup> praestans, cui nomen *Götz*<sup>86</sup> e<sup>86</sup> *Berlichingen*<sup>86</sup> indidit, primum Budapesti in scenam delatum est. Sextum et ultimum *Hiemis*<sup>87</sup> *fabula*<sup>87</sup> nuncupalum maximo cum applausu est exceptum. In opere, in quo ad sublimitatem tragicam facilitate<sup>88</sup> atque<sup>88</sup> venustate<sup>88</sup> lyrica<sup>88</sup> mixtam accedit color<sup>89</sup> popularis,<sup>89</sup> omnes egregiae facultates venae<sup>90</sup> eius musicae quasi in speculo<sup>91</sup> resplendent. Viva inventio admonet nos inclyti Verdii,

qui octoginta annos natus *Falstaffium* composuit.

Anno MCMX natalis dies octagesimus Caroli Goldmarkii tunc adhuc crudā et viridi senectute vigentis Budapesti et in patria<sup>92</sup> sollemni pompa celebrabatur. In oppido Keszthely ab<sup>93</sup> Praemonstratensibus<sup>93</sup> hospitaliter<sup>93</sup> exceptus<sup>93</sup> praesens<sup>94</sup> aderat et a venerantibus et gratulantibus stipatus<sup>95</sup> interfuit festivitatibus in honorem eius celebratis, cum domus<sup>96</sup> natalis<sup>96</sup> tabula marmorea exornata est, in qua effigies eius insculpta cernitur. Eodem tempore ab rege Francisco Iosepho signo, pro arte et litteris decoratus et ab universitate<sup>97</sup> Budapestina doctor<sup>98</sup> ad<sup>98</sup> honores<sup>98</sup> promotus est.

Eodem anno coepit *Commentarios*<sup>99</sup> suos<sup>99</sup> perscribere, qui post mortem eius prodierunt. Ultimum opus erat a. MCMXIV cantus ad clavichordiuni aptatus a<sup>100</sup> quinque<sup>100</sup> symphoniacis<sup>100</sup> edendus in modulo<sup>101</sup> Cis-Moll.

Goldmark — ut proprietates eius musicas paucis<sup>102</sup> recapitulem<sup>102</sup>

— modulatione facile variabili, quae omni transitu caret, elegantia formae, splendore stili, sublimi maiestate, lyrica venustate, colore symphoniae orientali et adhibitis elementis popularibus praestat.

Goldmark quarto die Non. Ian a. MCMXV placido exitu flebilis<sup>103</sup> omnibus arti musicae amicis Vindobonae decessit. Gubernium Hungaricum, imprimis curante Cunone e comitibus Klebelsberg, ex hereditate eius omnia opera manu scripta et supellectilia ad museum Goldmarkium condendum nuperrime coemit.

*Aemilius Láng.*

<sup>68</sup> finoman kidolgozott <sup>69</sup> népies felfogás felé <sup>70</sup> Tavasszal <sup>71</sup> Leláncolt Prometheus <sup>72</sup> színehoz <sup>73</sup> Artus király mondaiból <sup>74</sup> megzenésítette <sup>75</sup> irány, modor <sup>76</sup> W. nyomdokaiba lép <sup>77</sup> Házücsök <sup>78</sup> mesterkéletlen <sup>79</sup> szív <sup>80</sup> A fogoly <sup>81</sup> dallam <sup>82</sup> fénypont <sup>83</sup> szerelemi kettős, duetto <sup>84</sup> fokozás <sup>85</sup> návítás <sup>86</sup> Berlichingeni Götz <sup>87</sup> Téli rege <sup>88</sup> lírai könnyedség és baj <sup>89</sup> népies színezet <sup>90</sup> tehetség, véna <sup>91</sup> tükör <sup>92</sup> szülőváros <sup>93</sup> a premonstreiek vendégeként <sup>94</sup> személyesen <sup>95</sup> körülvéve <sup>96</sup> szülői ház <sup>97</sup> egyetem <sup>98</sup> disz doktor <sup>99</sup> emlékiratok <sup>100</sup> (= quintett) <sup>101</sup> hangnem <sup>102</sup> néhány szóban összefoglaljam <sup>103</sup> fájdalmára.



Cavaedium domus, in qua Car. Goldmark genitus est.

## Surrexit Dominus!

Venit tandem hora, cuius desiderio inimici Christi iam pridem flagabant,<sup>1</sup> quia mortem



eius ardenter cupiebant. Et, sicut olim Isaac ligna, in quibus a patre immolaretur, ipse in montem Moriah ferebat, ita Iesus crucem ad locum<sup>2</sup> supplicii<sup>3</sup> portabat, ubi semetipsum pro salute hominum devoveret. Post horas acerbissimas, dum ipsa natura lugebat, exspiravit Dominus, in manus Patris commendans spiritum. Sol obscuratus est, velum templi scissum est medium, elementa fugerunt.

Corpus Domini in monumento exciso positum est, in quo nondum quisquam positus fuerat. Mulieres, quae cum Iesu venerant e Galilaea, paraverunt aromata et unguenta. Postero autem die valde diluculo<sup>4</sup> ad monumentum ierunt et lapidem ab illo revolutum invenerunt. Consternatae<sup>5</sup> mente stabant mulieres ante monumentum, sed ecce duo viri apparebant eis in veste fulgenti, qui dixerunt: «Quid quaeritis viventem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit!» — Regressae mulieres a monumento nuntiaverunt haec omnia illis undecim. Apostoli delirare<sup>6</sup> mulieres credebant, at Petrus surgens cucurrit ad monumentum et procubens vidit linteamina<sup>7</sup> sola posita et abiit secum mirans quod factum fuerat. —

(Ad Evangelium Lucae.)

<sup>1</sup> längol    <sup>2</sup> vesztőhely    <sup>3</sup> korán reggel    <sup>4</sup> megremült    <sup>5</sup> megtébolyodik    <sup>6</sup> gyolcs.



## De Ottone e ducibus Bismarck.

Disraeli,<sup>1</sup> clarissimus ille administrator Britannorum, quondam ad Ottонem e ducibus Bismarck salutandi causa venit. Inter colloquendum Disraeli interrogavit clarum collegam:

— Quonam modo tu, amice, ab importunis<sup>2</sup> hominibus te disiungis,<sup>3</sup> scilicet ab iis, qui nos ubique consequuntur et absolvni nullo modo possunt?

— En tibi, — respondit Bismarck, — arcanum<sup>4</sup> meum secretissimum retego: Si me infeliciter talis homo visitat, rem uxori statim nuntio, quae per servum ne ab imperatore arcessitum esse certiorem facit.

Vix dedit dux finem loquendi, cum unus ex servis cubiculum intrat et gravitate quadam nuntiat: «Illustrissime Domine, imperator summus te ad ipsum in castellum quo prius venire iubet!»


Emericus Zaitschek  
disc. cl. VIII. gymn.-realis  
Budapestinensis.

<sup>1</sup> Beaconsfield lord, Benjamin Disraeli (1804–81) angol államférfi és író. 1848-tól a tory-párt vezére volt. Megszerezte Ciprust és Viktória királynőnek az «India császárnője» címet. <sup>2</sup> alkalmatlan, tolakodó <sup>3</sup> eltávolít, leráz <sup>4</sup> titkomat.

## Tantalus.

«Quem dies vidit  
veniens superbum,  
hunc dies videt fu-  
giens iacentem» —  
dicit poeta. Cuius sen-  
tentiae veritatem sors  
Tantali demonstrat.

Tantalus rex erat  
potentissimus et di-  
tissimus Phrygiae.  
Dei valde diligebant  
eum, itaque ab eis  
saepe ad epulas in-  
vitabatur. Et, quod  
homini raro contigit:<sup>1</sup>  
superi etiam immor-  
talitatem ei donave-  
runt. Sed favor<sup>2</sup> deo-  
rum exitio erat viro:  
Tantalus superbus  
elatusque<sup>3</sup> factus est.  
Rex secreta<sup>4</sup> deorum  
mortaliibus prodidit,  
immo nectar et am-  
brosiam aliosque de-  
orum cibos furari ausus est. Aliquando au-  
tem, cum deos convivio excepisset, ut eorum



divinitatem experire-  
tur, filium suum, Pe-  
lopem membratim<sup>5</sup>  
discreptum<sup>6</sup> coctum-  
que eis apposuit com-  
edendum.

Dei ab epulis ne-  
fandis sese abstine-  
runt, filium insontem  
e morte in vitam re-  
vocaverunt, patrem  
crudelem ad inferos  
detruserunt. Ibi me-  
rito luit poenas homo  
scelestus. Capiti eius  
immane saxum im-  
pendet. In medio flu-  
mine siccis stat fau-  
cibus et sitiens un-  
dam captat refugam.<sup>7</sup>  
Super capite fici<sup>8</sup>  
haerent pingues in  
arbore et poma redol-  
entia, sed frustra ea  
captat: esurientem  
fallax arbor effugit!

(E. M.)

<sup>1</sup> sikerült   <sup>2</sup> kedvezés   <sup>3</sup> dölyfös, elbizakodott   <sup>4</sup> titok  
<sup>5</sup> tagonként   <sup>6</sup> széttép   <sup>7</sup> visszafutó   <sup>8</sup> füge

## Claudii.

Ad fabulam *Ernesti Eckstein* latine scripsit  
*Valentinus Fehér*.

### VIII. Salus<sup>1</sup> Eurymachi.

Biduo post has res narratas sub vesperum  
densae nubes caelum tegebant et nimborum<sup>2</sup>  
vis<sup>3</sup> effusa<sup>4</sup> praecipitabat. Cum tenebrae  
ingruissent,<sup>5</sup> Quintus et servus eius, Blepy-  
rus laxis<sup>6</sup> paenulis<sup>7</sup> amicti<sup>8</sup> porta domus  
egrediuntur et itinere ad montem Caelium  
converso in vallem declinant. Tempestas  
maiore vi saeviebat, ventus acriter stridebat.<sup>9</sup>

Ex urbe egressi secundum<sup>10</sup> Appiam viam  
euntes ante quoddam sepulcrum consistunt.  
Mox sonus graduum auditur.

— Gratia Deo! — ait Euterpe progrediens,  
quae cum Thrace Barbato venerat.

Ab Appia via in semitam declinantes in  
cavernam veterum latomiarum<sup>11</sup> pervenient.

— Adsumus — inquit mulier et accenso  
lumine praeit; ceteri subsequuntur. In cellam  
veniunt satis amplam, quae cereis<sup>12</sup> collu-  
strabatur. Adversus introitum ara stabat, in  
qua erat crux ex ligno dolata.<sup>13</sup> Dextrorsum  
ignis in foco crepitabat. In lecto stramineo<sup>14</sup>  
iacebat Eurymachus; apud eum genibus<sup>15</sup>  
nixa<sup>16</sup> Glauce potionem miscebat; Diphilus  
vincturam<sup>17</sup> praeparabat, qua saucio pedem  
obligaret.

Quintum conspicatus Eurymachus admo-  
dum gavisus est eique gratias egit, quod  
se in fuga adiuisset.

Cum paenulae exaruisserint,<sup>18</sup> Eurymachus  
in lectica positus crasso panno contegitur.  
Blepyrus et Diphilus lecticam e cella effe-  
runt. Caterva in denso fruticeto<sup>19</sup> progre-

<sup>1</sup> megmenekülés   <sup>2</sup> felhőszakadás   <sup>3</sup> beáll   <sup>4</sup> bő  
<sup>5</sup> köpeny   <sup>6</sup> burkolózva   <sup>7</sup> süvölt   <sup>8</sup> mentén   <sup>9</sup> kö-  
bánya   <sup>10</sup> viaszgyertya   <sup>11</sup> kifarág   <sup>12</sup> szalma   <sup>13</sup> té-  
delve   <sup>14</sup> kötés   <sup>15</sup> megszárad   <sup>16</sup> cserjés.

ditur; Euterpe impigra viam monstrat. Ventus usque<sup>17</sup> stridet, interdum pluvia praecipitabat. Cum Blepyrus defatigatus esset, Quintus in locum eius successit.

Viam Labicanam transgressi strepitum equorum audiunt. Cum eos inimicos esse putarent, post puteal,<sup>18</sup> quod haud procul ab eis aberat, se abdiderunt. Equites suspiciosi puteum<sup>19</sup> spectant, tamen paulo post abeunt.

— Laudetur nomen Domini! — ait Euterpe.

Caterva longius per campos procedit. Ad montem Caelium pervenitur. Tandem ante posticam<sup>20</sup> partem domus Aurelii consistunt. Quinto ter pulsante Magus eos intromittit. Aurelius laetus eos accipit.

— Quantum pro te, Quinte, fui sollicitus! Quiescite, edite, bibite.

Eurymachus in cubili positus statim somno opprimitur. Euterpe mox domum abiit. Quintus quoque discedere parat, sed ab Aurelio retinetur.

— Audi meum consilium, Quinte, de itinere Ostiensi. Cum res facile suspicionem moveat,<sup>21</sup> paranda nobis est ad Ostia communis excursio.<sup>22</sup> Etiam sorores tuas et Corneliam vocabis. Eurymacho larvam<sup>23</sup> optimam excogitavi. Probasne consilium?

— Egregie! quando proficiscemur?

— Tribus horis post solis ortum.

Quintus mane cum Claudia et Lucilia ad sponsam suam, Corneliam, se contulit; inde ad domum Aurelii iter direxerunt. Vix Aurelius crepitum<sup>24</sup> audierat, obviam amico properat et servis significat ire licere. Servi lecticam umeris tollunt. Eurymachus mutato vultu in ea iacebat.

— Vir iste probus ex mea patria venit — explicat<sup>25</sup> rem Aurelius feminis. — Heri noctu maxima tempestate pervenit Ostiis et quia hodie navis in Graeciam profectura est, in navem festinanter necessario redire debet. Sed quia pes eius loco<sup>26</sup> motus est,<sup>26</sup> eum vehi oportet.

Miserum caput!<sup>27</sup> — ait Lucilia miserans. — Ex vultu videtur laborare.<sup>28</sup>

Tandem se mouere coeperunt. Templum Bonae Deae praetergressi Aventino monti appropinquant. Ad pyramidem Caestiam homines plurimi stabant, qui ob programma<sup>29</sup> rubris litteris scriptum accurrerant:

«Stephanus illi, qui Eurymachum, servum fugitivum sive vivum sive mortuum apprehenderit, praemium quingentorum sesterium se daturum esse promittit. Euryma-

chus est vir gracilis, vultu macilento<sup>30</sup> ac pallido, nigris capillis atque oculis. In tergo sunt flagelli vestigia; fugienti pes vulneratus est.»

Cum plebecula ubique viam interclusisset, Magus et Blepyrus iter continuare non poterant.

— Aperito viam pugnis<sup>31</sup> — hortatur Magum Aurelius lingua Gothica.

Magus statim in turbam invehitur.<sup>32</sup>

— Hem,<sup>33</sup> quam illepidus<sup>34</sup> est iste puer!

— Vae, costae<sup>35</sup> meae!

— Istae sunt filiae T. Claudii — clamitant homines.

Tandem ad curruum<sup>36</sup> stationem<sup>36</sup> pervenient et magnam Aurelii carrucam<sup>37</sup> concidunt. Eurymachum Blepyrus et Magus sublevant in vehiculum birotum,<sup>38</sup> quod cisium vocatur. Tum iam nemo timebat, ne Eurymachus agnosceretur. Unius horae itinere confecto Ficanam pervenient. Tum Afranium cum duobus servis equitare videbunt.

— Quam improvisum concursum! — clamat causidicus. — Ostiane contenditis?<sup>39</sup>

— Ut vides — respondet Quintus.

— Et ego; matrem visam negotiumque habebo faciendum. Haud ignoras me contra Stephanum pugnare. Cives Ostienses interrogabo.<sup>40</sup> At testis gravissimus,<sup>41</sup> Eurymachus sine vestigiis evanuit.

Quintus expalluit. Tum Aurelius, qui sciebat Afranium esse virum honestissimum ei rem aperuit.<sup>42</sup> Placuit,<sup>43</sup> ut feminas servus ad matrem Afranii deduceret,<sup>44</sup> Quintus et Blepyrus, tamquam alicubi negotium facturi, discederent, Aurelius et Afranius Eurymachi interrogandi causa in navem ascenderent.

Decem omnino<sup>45</sup> punctis temporis quaestio<sup>46</sup> perfecta est. Afranius ore residenti<sup>47</sup> ex nave rediit. Ancorā sublatā Batavia lente se mouere coepit. Aurelius in litore manus<sup>48</sup> agitans<sup>48</sup> homines proficiscentes votis<sup>49</sup> omnibus<sup>49</sup> prosequitur.<sup>49</sup> (Ad proximum numerum.)

17 folyton 18 kútkáva 19 kút 20 hátsó 21 kelt 22 ki-rándulás 23 álarc 24 zörgetés 25 magyaráz 26 kifac-modik 27 ember 28 szenvéd 29 hirdetmény 30 sovány 31 ököl 32 nekvág 33 No nézd! 34 goromba 35 borda 36 kocsiállomás 37 utazókoci 38 kétkerékű 39 igye-keztek 40 kihallgat 41 fontos 42 feltár 43 elhatá-roztak 44 elkísér 45 mindenössze 46 kihallgatás 47 mo-solygó, ragyogó 48 íteget 49 szerencsés utat kíván.

Ignis aurum probat, miseria viros.



**Ludovicus e comitibus Königsegg**, qui descriptionibus, quas de itineribus in Africa confectis exaraverat, vel optime notus est, ineunte mense Marthio in oppido Szekszárd anno aetatis quinquagesimo quinto mortem obiit.

**Ex urbe Szabadka** multi peregrinatores ad lustranda<sup>a</sup> loca sancta profecti sunt. Peregrinationi sacrae Ludovicus Budánovics episcopus praest. Ad stationem viae ferratae magna multitudo fidelium peregrinatores exsequabantur, ut iis valedicerent.

**Corpora mortua** Eielsonis et Borlandi aeronautarum Americanorum, qui in regionibus septentrionalibus Asiae delapsi interierant, aeronauta Russicus: Stepnev repperit et in urbem Point Barrow in aeroplano suo portavit.

In archivio<sup>o</sup> publico<sup>o</sup> Vratislaviensi<sup>o</sup> ex-eunte mense Februario fures litterarum<sup>4</sup> monu-menta,<sup>4</sup> tabulas<sup>5</sup> publicas,<sup>5</sup> inter alia totum cor-pus epistolarum Augusti Friderici regis et ducis Poniatovszky surripuerunt.<sup>6</sup> Furti servus quidam archivi accusatur, qui in custodiā coniectus est.

**Urus' natu maximus** familiae urorum in Visegrád habitantium post morbum trium mensium mortuus est. Pellis uri farta<sup>s</sup> in museo nationali spectandi causā proponetur. —

**Byrd**, clarissimus ille investigator<sup>o</sup> poli meridiani expeditionem suam de polo feliciter reduxit. Expeditio eius prima est, cuius socii omnes incolumes in patriam redierunt. —

**Discipulus quidam** intermedischolaris Debreccinensis, ut nuperrime auxilio radiorum<sup>10</sup> de Röntgen<sup>10</sup> nominatorum<sup>10</sup> a medicis confirmatum<sup>11</sup> est, cor suum non sinistrā, sed dextrā pectoris parte habet. —

**Gorillae<sup>12</sup>** et nonnulla animalia fera in Africa iam emoritura sunt. Qua de causa Albertus, rex Belgarum, ibi in provincia Kongo Belgica ferarum defendendarum causa hortum<sup>13</sup> de suo nomine vocatum instituit, ubi animalia capere, necare, venari, ova avium adimere omnino vetitum est.

**Societas ornithologorum**<sup>14</sup> in lacu Veneto<sup>15</sup> stationem<sup>16</sup>, cui avaria curae sint<sup>16</sup>, fundavit, unde viri docti praesertim vitam et agmen avium peregrinarum<sup>17</sup> speculabuntur annulis-que<sup>18</sup> pullos<sup>19</sup> instruent<sup>18</sup>. —

**Moles glaciatae**<sup>20</sup> in mari navibus infestissimae sunt. Nuperrime instrumenti genere, quod radiaculo<sup>21</sup> simillimum est, iam decem milibus passuum remotae<sup>22</sup> moles glaciatae animadventuntur. Nempe instrumentum in aquam demittitur, quo sonus glaciei rumpentis<sup>23</sup>, resolutentis<sup>24</sup> et inter se adherentis<sup>25</sup> ita augetur, ut explorator<sup>26</sup> iam procul sonum audire possit.

**Locus tectus,**<sup>27</sup> quo iuventus natandi et corporis exercendi causā hieme quoque venire possit, Budapestini aedificabitur. Opera mense

Martio in insula de S. Margarita nominata iam  
incepta sunt.

**Niels Bukh**, rector gymnasii in Ollerup (Dania), praeceptor artis gymnasticae peritissimus et clarissimus una cum discipulis Budapestinum venit et in aedificio<sup>as</sup> rebus musicis sacro<sup>as</sup> exercitationes gymnicas ostendit.

1 írt 2 bezár, beutaz 3 a varsói áll. levéltárban  
 4 okiratok 5 oklevelek 6 elopták 7 bőlény 8 kitömött  
 9 kutató 10 Röntgen-sugarak 11 megállípat 12 gorilla  
 13 park 14 madárvízsgáló 15 Velencei-tó 16 madártani  
 állomás 17 költözö madái 18 meggypörz 19 madárfiókák  
 20 jéghegy 21 rád.ó 22 tavoleső 23 töredéző 24 olvadó  
 25 egymáshoz 26 surlódó 27 megfagyelő 28 fedett hely  
 (uszoda) 28 zeneakadémia épülete.

A decorative horizontal border consisting of a repeating pattern of black diamond shapes.

*In dominica palmarum ad processionem.\**

*Gloria, laus et honor tibi sit, rex Christe redemptor,  
Cui puerile decus prompsit<sup>1</sup> Hosanna<sup>2</sup> plium!  
Israel<sup>3</sup> es tu rex Davidis et inclita proles,  
Nomine qui in domini, rex benedice, venis!  
Coetus in excelsis te laudat caelicus<sup>4</sup> omnis  
Et mortalis homo et cuncta creatura simul.  
Plebs Hebraea tibi cum palmis obvia venit:  
Cum prece, volo, hymnis adsumus,<sup>5</sup> ecce, tibi.  
Hi tibi passuro solvebant munia<sup>6</sup> laudis,  
Nos tibi regnanti pangimus,<sup>7</sup> ecce, melos.<sup>8</sup>  
Hi placuere tibi, placeat devotio<sup>10</sup> nostra,  
Rex bene, rex clemens, cui bona cuncta placent!*

\* Hymnum *Theodulph*, episcopus Aurelianensis (Orléans) scripsit. Episcopus imperatori Carolo Magno dilectissimus erat, at Ludovicus, qui huic successit, in vincula eum coniecit. In carcere composuit episcopus hymnum, quem communicamus; cum autem supplicantis populi processus in dominica palmarum carcerem praeteriret, turba fidelium hunc hymnum cantabat. Hymnus adeo regem movit, (qui cum agmine supplicantium ipse procedebat), ut episcopo libertatem reddiditer.

1 kifejez, nyilvánít 2 Hosanna = Hosianna, zsidó hódoló köszöntés 3 = Israelis (gen.) 4 caelicus = cael-  
lestis 5 teremtmények 6 hozzáj megügyűl 7 ajándék,  
áldozat 8 körül 9 ének 10 fejéiánlás.

## JOCOSA

*Auriga* saepe audivit de apparatu,<sup>1</sup> (qui vulgo «radio» nominatur), cuius auxilio voces, soni, sermones, cantus etc. ex longinquissimis terrae partibus allata facillime audiri possent. — Cupiditate cognoscendi permotus rogavit herum,<sup>2</sup> ut admirabile instrumentum ostenderet sibi. Obstupefactus audiebat auriga Romam, Berolinum..., deinde domum properavit et uxorem liberosque vultu severo monuit: «Abhinc cavete maledicatis<sup>3</sup> nostro hero: is enim etiam quae Romae et Berolini dicuntur, audit!»

<sup>1</sup> készülék <sup>2</sup> gazdáját <sup>3</sup> ne szidjátok.

*Iudex ad reum:* Tune affirmare audes unam tantum alapam huic viro dedisse tribus testibus duas se alapas clare audi-  
visse testificantibus?

— Et tamen aliter res se habet domine!  
Alapa enim altera tantum priorem resonavit!<sup>14</sup>


*Puellula timida* — extincta lucernā<sup>5</sup> —  
orat patrem: *Noli prius obdormiscere*<sup>6</sup> mi-  
pater carissime, quam ego obdormivero!

— At quo modo sciām te iāni somno<sup>7</sup>  
esse<sup>7</sup> oppressam<sup>7</sup>

— Sis velim securus de re, pater: iam  
ego dicam tibi! Alexi s Czuppon.

<sup>4</sup>visszhangoz <sup>5</sup>lámpa <sup>6</sup>elalszik <sup>7</sup>elnyomott az álom?

## AENIGMATA.



5, 6, 32, 14 = urbs aeterna  
14, 31, 23, 24, 42 = locus natalis Vergilii  
54, 14, 43, 51, 52 = urbs Italiae  
7, 2, 40 v, 28, 52 = mulier, quae Ciceronem  
implacabili odio persequebatur  
3, 11, 52, 40, 8, 14 = pars Europae  
9, 30, 27, 44, 34, 33 = orator clarissimus Ro-  
manus  
50, 19, 26, 34, 30, 13, 51, 38 = nomen Romuli  
47, 52, 29, 35, 40, 46, 13, 14 = qui coniuratio-  
nem fecit in Romanos  
1, 19, 10, 15, 12, 16, 21, 38 = quo nomine cives  
Romani alloquebantur  
18, 34, 17, 22, 52, 13, 31, 26, 52 = insula magna,  
quam Fretum Gallicum separat ab Europa  
45, 6, 5, 11, 44, 42, 57, 56, 55, 22, 41, 13, 14, =  
proverbium (... adiuvat)  
27, 58, 13, 9, 60, 13, 13, 14, 61, 51, 42 = dicta-  
tor Romanus, qui postea «dictator ab aratro»  
est dictus  
25, 52, 36, 48, 37, 20, 59, 41, 31, 27, 49, 52, 61,  
56, 5 = maximus ille dictator, qui Romanis unus  
cunctando restituit rem  
4, 33, 39, 2, 40, 51, 20, 50, 19, 24, 55, 56, 53, 52,  
13, 2, 38, = Senatus...  
1–61 = proverbium. *Nicolaus Rosenberg*

*Nicolaus Rosenberg*  
(Keszthelyiensis)

III.

## **Epigrammata tristicha aenigmatica.**

Ambo sumus lapides, una sumus ambo iacentes:  
Quam piger est unus, tantum non est piger alter.  
Hic manet immotus, non desinit ille moveri.

IV.

Deucalionis ego crudeli sospes<sup>1</sup> in unda  
Affinis<sup>2</sup> terrae, sed longe durior illa.  
Littera decedat: volucris quoque nomen habebo.

<sup>1</sup> sértetlen, ép   <sup>2</sup> rokon:

A decorative horizontal border consisting of a repeating pattern of black diamond shapes.

## Solutiones aenigmatum Numeri VI.

I. *Post mortem fumus, pulvis et umbra sumus.* — II. *Dea; odi; mater; ira; tunc: ideo; adeo; nox; uva; sonat.* — *Nomen imperatoris Romani: Domitianus.* — III. 1. *Crassus*; 2. *Ovidius*; 3. *Rufus*; 4. *Naevius*; 5. *Epidius*; 6. *Livius*; 7. *Janus*; 8. *Urania*; 9. *Sallustius*; 10. *Nero*; 11. *Ennius*; 12. *Plato*; 13. *Orcus*; 14. *Sulla*. — *Nomen scriptoris Romani: Cornelius Nepos.* — IV. *Nix.* —

## Aenigmata Numeri VI. recte dissol- verunt:

Budapestinenses : Lad. *Kepes*, Alice *Lehmann*, Margarita *Réczy*, Lud. *Török*, Otto *Varga*. — Sabarienses : Hel. *Bánhegyi*, Adrienne *Fister*, Maria *Toscano*, Emma *Véghely*, Hel. *Világhy*. — Sopianenses : Jos. *Keresztyű*, Jos. *Csáki*, Joh. *Horváth*, Alex. *Fövenyessy*, Nobertus *Karg*, Franc. *Mikovits*, Thom. *Mattyasovszky-Zsolnay*, Lad. *Pichler*, Rud. *Orbán*, Jul. *Vattamány*. — Csongradienses : Lad. *Ornyik*, Lad. *Kardoss*, Jos. *Berkecz*. — Szolnokienses : Lad. *Radnai*, Car. *Zoltán*. — Veszprémienses : Steph. *Frühbauer*, Franc. *Csehi*, Laura *Hardy*, Helena *Szakáts*. — Keszthelyiensis : Nic. *Rosenberg*.

Praemium Helenae Bánhegyi adiudicatum est.

## **Epistolia Officialia.**

*Nicolaus Rosenberg*: En vides aenigma tuum in hoc numero publicatum! Fieri potest, ut fortuna favente etiam praemium accipias, si aenigma recte dissolveris, quod haud tibi difficile erit, qui «ambages horrendas» condiscipulis tuis etiamsi non «cecineras», tamen nobis in publicum proponendi causa misisti. Itaque noli cunctari! — *Alexander Nagy* disc. VI. cl. gymn. (Debrecen, Kút-u. 130.) rogal lectores Iuventutis, qui chartulas vulgo: «ex libris» nominatas colligunt, ut earum permutandarum causa sibi huiuscemodi exemplaria mittant. — *Iosephus Kereszty*: Opusculum tuum «Arenae Iuventutis» inseretur. — *Iulius Valtamány*: Fabulam de Philemone et Baucide optime enarrasti, diligentia tua summa laude digna est. Opusculum temporis futuro seposui. — *De reliquis proxime.*

Moderator ephemeralis: EUGENIUS EBAY DR

Moderator éppenmerülés: EUGENIUS

Budapest, I., Verpelét ut 22.,  
ad quem epistulae et manuscripta mittantur

#### **Administratio ibidem**

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-  
scholarium Catholicorum. — A Katholikus

Olárhalmi Katolikusorumi. — A Katolikus  
Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)